



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 49. Renati Chopini fatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

quo tamen interdum orationem suam Sæc. XVII.
 fat obscuram reddidisset, indeque fa- A. C. 1606.
 ctum, ut purioris latinitatis cultoribus
 dictio minus probetur: non deerant ta-
 men, qui hanc scribendi rationem Ci-
 ceronianæ dictioni præferrent, avide-
 que confectari studerent; quamvis potis-
 simi cunctos doctrinæ atque eruditionis
 nervos, qui in hoc stylo erant, quique in
 ejus operibus haud ingrati sunt, imi-
 tando non assequerentur, hinc ipsemet
 Lipsius id animadvertens, auctor suis
 Auditoribus erat, ut hac una in re ab
 ipsius imitatione se abstraherent, tota-
 que mente Ciceronem intuerentur.

§. XLIX.

Renati Chopini fatum.

Inter Ecclesiasticos Scriptores pariter Le Long.
 sibi locum vindicare videtur Rena- Bibl. hist.
 tus Chopinus Belgioli in Andegavensi Maine Bibl.
 Ducatu anno restauratæ Salutis mille- France.
 simo quingentesimo trigesimo septimo
 natus. Hic celeberrimus ævi sui Caus-
 fidicus longo admodum tempore in Pa-
 risiensi Senatu forenses causas agebat,
 in gravissimis Regni negotiis consultus:
 Cardinalis quoque Borbonii jura strenue
 tuebatur, acerrimus *Ligæ* defensor, ac
 Vir ingenii acie, eruditionis amplitu-
 dine, & memoriæ felicitate celeberrimus:

Sæc. XVII. mus: suorum municipum consuetudines
 A. C. 1606. commentario de Andium legibus municipa-
libus, & alio de civilibus Parisinorum mu-
ribus, ac demum Franciæ jura edit
 libro, cui titulus *de Domatio Franciæ*
 ampliori ac sæcundiori stylo quam Mo-
 linæus illustrabat, tanto nominis fu-
 applausu, ut Henricus III. ei in laboris
 præmium præter mille aureos, ut vo-
 cant, Solares etiam Nobilitatis diplo-
 ma concederet. Demum ad ea, quæ
 pietatem propius accedunt, studia con-
 versus, juris Pontificii, Sacerdotiorum
 que litibus explicandis totum se sacræ
 bat, hancque in rem opus elucubravit
sacram Politiam nuncupatum. Tandem
 novissimus illius labor erat suum *Mon-*
sticon seu de Jure Cœnobitarum, in quo
 opere veterem Monasticæ vitæ discipli-
 nam collapsam deplorat, nostri ævo so-
 lutam castigat, & restaurandæ medi-
 præscribit, ac ferme cujuslibet Ordinis
 & cœnobii elogia, diplomata, immuni-
 tates, ortus, progressus, Conditores
 eorumque Benefactores recenset. Præ-
 ter hæc scripsit quamplurimos alios tra-
 ctatus, qui una omnes latino idioma-
 in sex voluminibus collecti exstant. Ce-
 terum stylo usus est admodum implexo
 atque obscuro. Obiit Parisiis die ter-
 gesima Januarii anno ætatis suæ sexa-
 gesimo nono nondum expleto.

S. L.